Insitam in Electro Ranam, tremulamque Lacertam
(Qua Jasqus Gedani monimenta insignia servat,
Digna Monarcha aliquo, et totum memoranda per orbem)
Fert animus celebrare. Veni nunc dexter Apollo,
Dum mihi Natura canitur mirabilis ordo.
Nam quis fortuitus parva reptilia casus
Intrare hac quondam pellucida succina iussit?
Has intrare domos? Facile olim intrastis in illas,
Sed renocare gradum superasque evadere in auras
Vos vetuit Natura isti mira insita Naphta,
In qua vestra manent aeternam corpora clausa,
Qua neoputredo absumit, nec longa vetustas:
Tantum robur inest huic Naphta, tantaque virtus.
Aspicis ut stet adhuc illaeso corpore Rana?
Rana gerens viridem ceu nuper nata colorem.
Ut pedibus distenta est? Ut toruumque tuetur
Lumine distorto? Et saltum velut usque minatur,
Et quasi contendit patulas exire sub auras,
Abnegat Electrimassa indurata regressum.
Frusto alio exiguous tremebunda Lacerta lacertos
Ne quicquam extendit, sinuatque volumina cauda
Tortilis: et scuama apparent per terga minuta:
Et parvi unguiculi: deformes pandit hiatus
Os, in agone olim luctaque in mortis apertum
Quando animam euomuit crebris singultibus actam:
Sanguinis hinc sparsi vestigia viva supersunt.

В вязком сидит янтаре лягушка, и будто трепещет
Ящерка (памятник их увенчал бы и славу монарха;
Свету известны они; сберегает их Яскус Геданий —
Их я восславить хочу. Снизойди, Аполлон благодатный,
Вместе со мною пребудь, чудеса Натуры поющим!
Что же за рок внезапный крошечных сих рептилий
Некогда в этот янтарь лучистый проникнуть понудил,
В эти войти дома? Было легче, однако, войти в них,
Чем вернуться обратно. Вам больше не выйти на воздух —
Стала преградой Натура сама и дивное свойство Нефти. Отныне тела ваши замкнуты вечно пребудут,
Тленью уже недоступны, ни старости, длящейся долго:
Вот какова у Нефти мощь, вот какая в ней сила.
Видишь – сидит с доныне нетронутым телом лягушка?
Всё ещё столь зелена, будто новорождённая, цветом.
Видишь, как лапки растянуты? Как напряжён-